HUGO RIPELIN DE ARGENTINA
Salzburg (?), 2. Hälfte 14. Jh. Seite 118r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8159
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tem operantis ad assequendum id quod meretur. ¶ Meritum
condigni dicitur equalitatem meriti ad remunerationem.
¶ Dico autem equalitatem non arismeticam. sed geo
metricam. i. non quantitatis. sed proportionis. Et istud
patet quia deus semper remunerat super meritum sicut
punit citra condignum. Unde non est inter meritum et premi
um equalis quantitas. sed proportio. quia apud deum
non est iusticia commutativa cum nulli debeat aliquid
sed distribuitur. ¶ Vocatur autem iusticia commutativa.
iusticia fori. qua datur unus panis pro denario. vel ul
na panni pro solido. ¶ Iusticia vero distributiva est prin
cipium quod distribuuntur dona secundum proportionem ad
merita et ista est apud deum. Unde apostolus unusquisque propriam
mercedem accipiet. secundum suum laborem. ¶ Dicen
dum ergo quod nullus meretur sibi primam gratiam merito
digni vel merito condigni. sed tantummodo meritum
congrui. ¶ Similiter existens in caritate non potest alteri me
ri primam gratiam merito condigni sed merito digni et
merito congrui. ¶ Potest autem existens in gratia mereri sibi au
gmentum gratie ex condigno. et per continens merito digni et
merito congrui prout ista superius exposita sunt. ¶ Pre
fati tres modi merendi generaliter habent. ¶ Unde si alii in
veniuntur ad eosdem tres reduci possunt. ¶ Cum
ergo dicitur quod beata virgo meruit portare christum intelligendum est
comparatione. i. meruit quod ipsa potius portare debuit quam
alia. ut potest intelligi de merito digni. ¶ Item mali dicuntur
mereri temporalia. quia nullum irremuneratum. sicut bonum.
nullum malum impunitum. Sed istud dicitur improprie quia
opera immortali facta non sunt directe bona cum non sint
informata caritate. tamen quia opera talia aliquid boni habent
dicitur interpretatur ea ut bona et aliquid dat pro eis. ¶ Item quandoque
peccator meretur gratiam occasionaliter quia pauperes interdum
optinent benefactoribus gratiam suis precibus quarum
precum occasio fiunt elemosine. ¶ Item satis improprie